

el Patron aforra el sieruo, e le faze prometer (8), o obligar, quel faga algunas lauores despues que sea aforrado. Ca en qualquier manera que resciba el Patron de su aforrado, aquello quel prometio, o a que se obligo, faziendo las lauores, o recibiendo precio (9) alguno en nome dellas, pierde porende aquella parte, que deuia heredar (10) en sus bienes; fueras ende, si rescibiese tal precio, para gouernarse del, seyendo muy cuytado de hambre. Otrrosi dezimos, que quitando (11) el Patron a su aforrado todo el derecho que ha en el, es la octaua razon, por que pierde el poder que auia, de heredar en sus bienes. Mas como quier que este derecho pierda, con todo esso, si fizesse el aforrado alguno de los yerros que diximos en la ley que comiença: Señores, puedel tornar en seruidumbre: e por todas estas maneras que diximos en esta ley, por que pierde el Patron el derecho que ha, en heredar los bienes de su aforrado; por essas mismas lo pierden sus fijos, e todos los otros que descien den (12) del fasta el quarto grado. E avn dezimos, que si los fijos (13) del señor acusassen al aforrado de su padre, de tal acusacion por que deuisse perder el cuerpo, o la tierra, o si mouies sen pleyto para tornarlo en seruidumbre; seyendo ellos mayores de xxv años, e siguiendo el pleyto fasta que fuesse dada la sentencia per el; pierden porende el derecho que auia, de heredar en sus bienes del aforrado. Esso mismo (14) seria, si diessen otro alguno quel acusasse por su mandato; o si testiguassen ellos contra el en tales pleytos.

LEX XI.—Jus patronatus in libertum perditur, si patronus eum famelicum non alat cum potest; aut si eum tempore manumissionis jurare facit de non nubendo; vel sui præmio libertatem fuit adeptus, ut vindicando domini necem defuncti; vel si à Principe libertatem moruit; aut si ejus dominus perpetuo exulet; idem si ei dominus gratis, aut pretio jus succedendi remisit; idem, si libertus solvit domino pretium, vel operas, quas sibi promissit tempore manumissionis, excepto, si videatur in magna famis necessitate; in his casibus perdit dominus, et ejus filii jus succedendi. Item, si filii patroni majores xxv. annis de morte naturali, vel civili libertum accussent, et usque ad latam sententiam prosequantur; vel in tali causa testificentur contra eum, aut alium accusatorem subjecerint; perdunt ipsi jus succedendi. Hoc dicit.

(1) *Pierdese en muchas maneras.* Sumpta est hæc lex à notatis per Azon. *C. de bonis libertor.* in summa, col. 2. vers. *repellitur autem patronus*, et per Gloss. in l. fin. in fin. *C. de bonis libertor.*

(2) *Dandol que coma.* Adde l. *Divus Claudius* 5. §. 1. *D. de jure patronat.*

(3) *Jurar, que no case.* Vide l. *qui contra legem* 15. *D. de jure patronat.* et l. *adigere* 6. in princ.

(4) *Por su merescimiento.* L. pen. 1. respons. *D. de jure patronat.* Et advertit, quia dicta lex dicit hoc procedere, filio domini negligente in vindicanda necem defuncti patris: et sic videtur limitanda ista lex, licet generaliter loquatur; et ita etiam intelligit Gloss. et ibi Alb. post. Dyn. in l. *si necem*, *D. de bonis libertor.* ne aliàs hæres defuncti, qui non fuit in culpa, privetur jure patronatus: si vero fuit negligens, perdit jus patronatus, ut filius, et etiam ut hæres, quicquid dicat Gloss. in dicta l. pen. secundum Alberic. post Oldral. ibi.

(5) *Como si nunca.* Et sic fuit restitutus natalibus, ut in l. fin. *C. de bon. libertor.*

(6) *Desterrado por siempre.* Adde l. *sive patronus* 21. *D. de jure patron.* et l. *etiam* 5. *D. de bonis libertor.* et advertit, quia ex hoc colligitur, quod quando istæ leges Partitarum loquuntur de exilio perpetuo, verificantur in deportatione.

(7) *Rescibe el señor.* Adde §. *sed nostra* 5. *Instit. de success. libertor.* et §. *si verò*, et l. *etiam* 3. §. *totiens* 10. *D. de bonis libertor.*

(8) *E le faze prometer.* Liberalis præstatio non obesset, ut in l. fin. *D. qui, et à quibus*, et per Salic. in dict. l. *si quam*.

(9) *Recibiendo precio.* Adde dict. l. *si quam* 4. *C. de oper. libertor.* et distingue, ut Azo distinguit, *C. de bonis libert.* in sum. vers. *est et alia octava*; nam aut patronus facit ad postulationem, et rogatum liberti, fortè quia vult magis præstare pretium operarum, quàm solvere operas, vel petit libertus gratia sui amici à patrono, quatenus ei locet operas suas; et tunc non delinquit patronus, neque in aliquo perdit jus patronatus: si vero exigit mercedem operarum ab invito liberti, et si est pro opera præterita, idem est, nisi quoad contra tabulas, et sic quoad jus succedendi: nam istud benè perdit, cum perdat ex sola exactione operarum impositarum, ut hic: si vero pro futura opera, et necessitate compulsus, veluti fame, ut hic dicit, et similiter, non perdit jus patronatus: si vero voluntariè exigit ab initio, perdit jus patronatus in omnibus; quia penam incurrit ex sola conventionione dandæ mercedis in locum operarum, ut vult Gloss. et ibi declarat Salic. in dict. l. *si quam*: si vero exigit ipsas operas, desinit esse patronus quoad contra tabulas, non autem quoad alia: vide Gloss. in dicta l. *si quam*, *C. de oper. libert.* et intellige, quod ex sola impositione operarum non privetur jure patronatus etiam quoad contra tabulas, sed ipsa exactione, ut declarat Jas. in l. 1. et 2. *C. de honor. posses. cont. tabul. libert.* et tenuit Azo. et Gloss. ubi Salic. in dicta l. *si quam*.

(10) *Que deuia heredar.* Vult ista lex, quod necdum perdat jus contra tabulandi testamentum liberti, ut in dict. l. 2. sed etiam jus succedendi ab intestato; quod etiam probatur in l. *sicut* 20. *D. de jure patron.* et nota benè, quia Doct. non benè declarant: potest tamen dici, quod ista lex hoc non probet, cum tantum dicat de parte debita patrono, et sic tacitè sentit de successione per contra tabulas, et non de successione ab intestato, quæ esset in omnibus bonis, ut supra l. prox. Et l. *sicut* 20. potest dici, quod non probet aliquid: quia tantum dicitur, quod si nollet adire ab intestato hæreditatem liberti, posset eligere æstimationem operarum præteritarum; et non loquitur in casu, quando patronus jam recepit operas, an per hoc excludatur à successione ab intestato, quæ est nostra questio: et cum Doct. dicant, quod ex exactione operarum tantum perdatur quoad contra tabulas, et non quoad alia jura, velle videntur, quod non excludatur à successione ab intestato. Cogita, quia istud ultimum videtur verius, et de mente Doct. et legum.

(11) *Quitando.* Adde l. fin. *C. de bon. libert.*

(12) *Que descien den.* Idem de cognatis habentibus jus succedendi, ut in §. *multis*, *Instit. de success. libertorum*, et tenet Azo *C. de bonis libert.* in summa, ad fin.

(13) *Los fijos.* L. *qui cum major* 14. et in l. *in servitute* 16. *D. de bonis libert.* et advertit, quia dicit, *los fijos*: nam ipse patronus ob hoc non perderet, ut colligitur in l. *si filius* 55. §. *erit*, *D. de fidei-commis. libert.* et ibi Gloss. et Azo *C. de bonis libert.* in summa, ad fin.

(14) *Esso mismo.* Ut in dicta l. *qui cum major* 14. versic. *sed si non*.

## TITULO XXIII.

## DEL ESTADO DE LOS OMES.

El estado de los omes, e la condicion dellos, se departe en tres maneras. Ca, o son libres, o sieruos (a), o aforrados a que llaman en latin libertos. E avn y a otro departamento. Ca, o son nascidos, o por nacer. E pues que en los Titulos ante deste fablamos de las tres maneras primeras, queremos aqui dezir en general, del estado que pertenesce a los omes en otras guisas, que parescen como estraños. E primeramente diremos, que quiere dezir estado. E quantas maneras son del. E a que tiene pro. E en quantas cosas se departe la fuerça del.

(a) Acerca de la esclavitud véase nuestra nota 2.<sup>a</sup> á la L. 3, tit. 44, P. 1.

## TITULUS XXIII. DE STATU HOMINUM.

LEY I.—Que quier dezir el estado de los omes, e quantas maneras son del, e a que tiene pro.

Status hominum tanto quiere dezir en romance, como el estado, o la condicion, o la manera en que los omes bien, o estan. E son tantas maneras de estado, quantas maneras de suso diximos en el Prologo deste Titulo. E tiene muy grand pro, en conoscer, e en saber el estado de los omes, porque mejor pueda ome depatir, e librar, lo que acaesciere en razon de las personas dellos.

LEX I.—Est enim status hominum cujuslibet conditio; quæ est triplex: aut est liber, aut servus, aut libertus: inquiritur enim de statu, ut melius postea inter homines controversia judicetur. Hoc dicit.

LEY II.—En quantas cosas se departe la fuerça del estado de los omes.

La fuerça del estado de los omes se departe en muchas maneras, ca otramente es judgada segund derecho la persona del libre (1), que non la del sieruo (a); como quier que segund natura non aya departamento entre ellos. E avn de otra manera son honrrados, e judgados los fijos dalgo (2), que los otros de menor guisa (b); e los Clerigos, que los legos; e los fijos legitimos (3), que los de ganancia; e los Christianos, que los Moros, nin los Judios. Otrrosi de mejor condicion es el varon (4) que la muger en muchas cosas, e en muchas maneras, assi como se muestra abiertamente en las leyes de los Titulos deste nuestro libro, que fablan en todas estas razones sobredichas.

(a) Respecto á la esclavitud puede verse nuestra nota 2.<sup>a</sup> á la L. 3, tit. 44, P. 1.

(b) Ya no existen hombres de menor guisa, establecida la igualdad ante la ley por nuestras instituciones políticas, que han abolido tambien los privilegios de la nobleza.

LEX II.—Aliter judicatur de persona liberi hominis, aliter de servo, et aliter de nobili, aliter de ignobili, aliter de clerico, aliter de laico, aliter de legitimo, aliter de illegitimo, aliter de fideli, aliter de infideli; et in multis virorum conditio melior est quàm mulierum. Hoc dicit.

(1) *Las personas del libre.* Adde l. 8. tit. 51. 7. *Partita*.

(2) *Los fijos dalgo, etc.* Adde dict. l. 8. tit. 51. 7. *Partita*.

(3) *Fijos legitimos.* Ut in l. *cum legitimæ* 19. et l. *Paulus* 11. *D. de statu homin.* et supra ead. *Partita*, tit. 15. et 15. per totum.

(4) *El varon.* Vide l. *in multis* 9. *D. de statu homin.* et per Specul. titul. *de procuratore*, §. 1. col. 1. versic. *regulariter*.

LEY III.—En que estado, e de que condicion es la criatura, mientra que sea en el vientre de su madre.

Demientra que estouiere la criatura en el vientre de su madre, toda cosa que se faga, o se diga, a pro della (1) aprouechase ende, bien assi como si fuesse nascida; mas lo que fuesse dicho, o fecho a daño de su persona, o de sus cosas, non le empesce. E por ende, si el señor de alguna sierua preñada mandasse a su heredero, o diesse poder a otro, que la aforrasse a cierto plazo, si el otro non la fizesse libre aquel dia que el mando, estando esperando maliciosamente que nasciese aquella criatura, porque fuesse sierua (a); dixerón los Sabios antiguos que fizieron las leyes (2), que desde el dia del plazo en adelante son libres, tambien la madre, como la criatura que della nasciese. E avn dixen

ron (3), que si alguna muger preñada ouiesse fecho cosa por que deuisse morir, que la criatura que nasciere della deue ser libre de la pena. E porende deuen guardar la madre fasta que para, assi como diximos en la septima Partida en el Titulo de las penas (4) (b).

(a) En cuanto á esclavitud véase nuestra nota 2.<sup>a</sup> á la L. 3, tit. 44, P. 1.

(b) Los que se hallan en el vientre de sus madres gozan algunos derechos de los nascidos si despues nacieren vivos, fueren bautizados, vivieren veinte y cuatro horas, y se consideraren legítimos. LL. 4 y 5 de este título; L. 8, tit. 33, P. 7; y L. 13 de Toro, que es la L. 2, tit. 5, lib. 10 de la N. R.

LEX III.—Qui in utero matris sunt, si de eorum comodo tractatur, pro natis habentur; secus si de incommodo. Item si ancilla prægnans post certum tempus mandatur manumitti per dominum, tempore existente, si malitiosè differtur, est statim cum partu libera: et si prægnans damnatur ad supplicium, differtur donec pariat. Hoc dicit.

(1) *A pro della.* Adde l. *qui in utero* 7. *D. de statu homin.* et si sibi magis expediat inspici tempus partus, quàm conceptionis, inspicitur tempus partus, l. *nuper* 11. et ibi Bald. *C. de natur. liber.* Joann. de Plat. in l. *si senator*, *C. de dignitat.* lib. 12. et adde Bald. in §. *naturales*, *si de feudo fuerit controu. inter dom. et agnat.* et l. *is cui ita legatum* 18. *D. quando dies leg. ced.* Et facit ista lex, ut possessio, quæ per legem Taurinam in rebus majoriæ transit in sequentem vocatum, transeat in ventrem, si uxor mansit prægnans, cum sit commodum illius, qui est in utero, et facit l. *cum quidam* 50. §. *quod dicitur*, *D. de acquir. hæred.* et quia militat ratio legis, ut impediatur acquisitio possessionis in alio ingrediente, quæ ita militat in favorem ventris, sicut si natus esset: licet enim, antequàm nascatur, non potest dici successor in majoria, ad hoc ut dicamus, quod ante natiuitatem succedat, ut vult Alber. in l. *qui in utero*, la 1. in princ. post Jac. de Raven. *D. eod.* et probatur etiam in l. fin. *D. de ventre inspic.* ubi habetur, quod fideicommissum non expirat propter illum, qui adhuc est in utero; tamen, quia nato eo perindè est, ac si nasceretur tempore quo eat in utero, transiret ista possessio; et vide quæ notat Gloss. et Bartol. in l. *dictum*, *de ventre inspicien.* Sed an transibit instantia judicii coepta cum defuncto in ventrem, antea quàm nascatur? Est magis dubium, ex quo non tractatur de ejus comodo: tu cogita.

(2) *Las leyes.* Ut in l. *Herennius* 22. *D. eod.*

(3) *Dixeron.* Ut in l. *Imperator Adrianus* 18. *D. eod.*

(4) *En el Titulo de las penas.* In l. fin. illius tit.

LEY IV.—Quanto tiempo puede traer la muger preñada la criatura en el vientre, segund ley, e segund natura.

Iprocas (1) fue vn filosofho en arte las fisica, e dixo, que lo mas que la muger preñada puede traer la criatura en el vientre, son diez meses (2). E porende, si desde el dia de la muerte de su marido fasta diez meses pariesse su muger, legitima seria la criatura que nasciere, e se entiende que es de su marido, maguer en tal tiempo sea nascida; solo que ella biuiesse con su marido a la sazón que fino. Otrrosi dixo este filosofho, que la criatura que nasciere fasta en los siete meses, que solo que tenga su nacimiento vn dia del seteno mes, que es complida, e biuidera. E deue ser tenuta tal criatura por legitima, del padre, e de la madre, que eran casados, e biuen en vno, a la sazón que la concibio. Esso mismo deue ser judgado, de la que nasce fasta en los nueue meses. E este cuento es mas vsado (3), que los otros. Mas si la nascencia de la criatura tañe vn dia del onzeno (4) despues de la muerte del padre, non deue ser contado por su fijo. E en que manera deuen guardar las mugeres, que dizen que fincan pre-

ñadas despues de la muerte de sus maridos, porque non venga yerro ninguno en la criatura que nasciere dellas, diximos en la sesta Partida deste libro, en las leyes (5) que fablan en esta razon (a).

(a) Véase nuestra nota 2.<sup>a</sup> á la ley que precede.

LEX IV.—Septimo mense natus, etiam per unam diem eum mensem tangens, justus filius est, si conjuges simul cohabitarunt: idem si decimo mense nascatur; secus si per unam diem 11. mensem tangat. Hoc dicit.

(1) *Ipcras*. Istum dicit doctissimum virum Consultus in l. *septimo mense*, D. *de stat. hom.* á qua ista lex sumpta est, et de isto habetur etiam in cap. *ne tales* 29. *de consecr.* dist. 5.

(2) *Son diez meses*. Si ergo nascatur in octavo mense, legitimus est; licet secundum medicos, impossibile est sic natum vivere, ut refert Bald. in l. *ea quidem*, col. 3. C. *de accusat.*

(3) *Es mas usado*. Et sic magis presumitur quis natus in 9. mense, quam in septimo, per locum á communiter accidentibus, præsertim, si mater consuevit alios parere in nono mense, et non in septimo, secundum Bald. quem vide in dicta l. *septimo mense*, ubi etiam vide per Alberic. et eundem Bald. in l. *Gallus*, in fin. princ. D. *de liber. et posthum.*

(4) *Vn dia del onzeno*. Ut in authent. *de restit. et ea, quæ parit in undecimo mense*, cap. 2. collat. 4. magister tamen gentilis tenuit, quod possibile erat quem nasci in undecimo mense, prout refert Cinus in dicta l. *septimo mense*; sed quia esset potius miraculum, quam quod naturale secundum communem cursum naturæ, lex habuit hoc pro impossibili, secundum Bald. in authent. *eisdem*. col. 1. C. *de secundis nupt.*

(5) *En las leyes*. L. 17. tit. 6. Part. 6.

LEY V.—De la criatura que nasce de la muger preñada, non auiedo forma de ome.

Non deuen ser contados por fijos, los que nascen de la muger, e non son figurados como omes; assi como si ouiesse cabeza (1), o otros miembros de bestia (2). E porende non son tenudos el padre, nin la madre, de heredarlos en sus bienes; nin los deuen auer, maguer sean establecidos por herederos. Mas si la criatura que nasce, a figura de ome, maguer aya miembros sobejanos (3), o menguados, nol empesce, quanto para poder heredar los bienes de su padre, o de su madre, e de los otros parientes (a).

(a) Véase nuestra nota 2.<sup>a</sup> á la L. 3 de este mismo título.

LEX V.—Qui monstruosi nati sunt, ut cum capite bestie, non sunt liberi, nec succedunt: secus, si cum membris superfluis nascantur. Hoc dicit.

(1) *Como si ouiesse cabeza*. Istud est multum inspiciendum: quia forma hominis maxime consistit in facie, per quam cognoscimur, ut notat Glos. in §. *religiosum*, Instit. *de rer. divis.* per l. *cum in diversis*, D. *de religio. et sumpt. funer.* undè isti habentes formam contrariam homini, neque essent baptizandi, secundum Bald. referentem Archid. in dicta l. *septimo mense*.

(2) *Miembros de bestia*. Vide in l. *non sunt liberi* 14. D. eodem, et in l. *quæret aliquis* 133. D. *de verb. signif.*

(3) *Miembros sobejanos*. Etiam si impediretur operatio membri, dum tamen habeat talis filius formam hominis, ut declarat Alber. in dicta l. *non sunt liberi*.

DEL DEBDO QUE HAN LOS OMES CON LOS SEÑORES POR RAZON DE NATURALEZA (a).

Vno de los grandes debdos que los omes pueden auer, vnos con otros, es naturaleza. Ca bien como la naturaleza los ayunta por linaje, assi la naturaleza les faze ser como vnos, por luengo vso de leal amor. Onde, pues que de suso fablamos del debdo que han por natura, e por derecho, los aforrados, con los señores que los aforran, e de las otras cosas que pertenescen al estado de los omes en general; queremos aqui dezir, del debdo que han los naturales con aquellos cuyos son, por debdo de naturaleza. E mostraremos, que quiere dezir naturaleza. E que departamento ha entre naturaleza, e natura. E quantas maneras son della. E que debdo han los naturales, con aquellos de quien son. E como deue ser guardada entre ellos esta naturaleza. E otrosi, como se puede departir.

(a) Abolidos los señoríos por las disposiciones legales que hemos citado en nuestra nota á la L. 32, tit. 6, P. 1, muy poca ó mas bien ninguna aplicacion pueden tener las leyes de este título.

Sin embargo, parece oportuno advertir en este lugar que conforme á nuestro derecho, es español el que hubiere nacido en España, siendo hijo de padres que ambos á dos ó á lo ménos el padre haya tambien nacido ó contraido domicilio en España, y ademas haya vivido diez años; así como tambien el que por casualidad hubiere nacido fuera del Reino, siendo hijo de padre natural del mismo; el nacido en el Reino, de padres desconocidos, y tambien el extranjero que haya obtenido carta de naturaleza. Y por la misma razon será extranjero el que no se halle en ninguno de los casos expresados. (LL. 6 y 7, y notas 4 y 5, tit. 14, lib. 1, y L. 4, tit. 37, lib. 7 de la N. R.)

Deberá por último tenerse presente el art. 1 de nuestra Constitución política de 1843, que dice así:

«Son españoles:

- 1.º Todas las personas nacidas en los dominios de España.
- 2.º Los hijos de padre ó madre españoles, aunque hayan nacido fuera de España.
- 3.º Los extranjeros que hayan obtenido carta de naturaleza.
- 4.º Los que sin ella hayan ganado vecindad en cualquier pueblo de la Monarquía.

La calidad de español se pierde por adquirir naturaleza en pais extranjero, y por admitir empleo de otro gobierno sin licencia del Rey.

Una ley determinará los derechos que deberán gozar los extranjeros que obtengan carta de naturaleza ó hayan ganado vecindad.»

## TITULUS XXIV.

LEY I.—Que quiere dezir naturaleza: e que departamento ha entre natura, e naturaleza.

Naturaleza tanto quiere dezir, como debdo que han los omes vnos con otros, por alguna derecha razon, en se amar, e en se querer bien. E el departamento que ha entre natura e naturaleza, es este. Ca natura (1) es vna virtud, que faze ser todas las cosas en aquel estado (2) que Dios las ordeno. Naturaleza es cosa que semeja a la natura, e que ayuda a ser (3), e mantener todo lo que descende della.

LEX I.—Est enim naturalitas debitum benevolentie inter homines: nam sicut natura conservat rem in esse, sic ista benevolentia adjuvat ad hanc conservationem. Hoc dicit.

(1) *Natura es*. Adde l. 2. tit. 27. 2. Part. et quæ ibi dixi, et adde etiam cap. 1. *de natura feud.* Bald. in l. unica, §. *libertatibus*, C. *de caduc. tollend.* quia natura dicitur cujuscumque rei primordium, per quam unumquodque habet suum proprium esse, ut ibi vide, et de aliis modis quibus sumitur hoc verbum: et loquitur de natura naturata, non de natura naturante, id est, Deo, ut patet ex verbo, *que Dios las ordeno*: de utraque vide Gloss. in §. pen. in verbo *natura*, Instit. *de verb. oblig.*

(2) *En aquel estado*. Natura enim salvat in specie, quæ non potest salvare in individuo, Bald. in l. *lege duodecim tabularum*, C. *de suis, et legit. hered.* et intentio naturæ semper est generare, aut conservare subjectum, licet aliquando corrumpat propter inquietudinem sui motus, Bald. in l. p. n. C. *de bonis matern.*

(3) *E que ayuda a ser*. Nam amor patriæ, et hominum naturalium patriæ, confert ad conservationem eorum, quæ natura producit in patria illa: cum patria propria culibet sit dulcissima, 1. *qui habebat* 101. in princ. et Gloss. D. *de legat.* 5. et unicuique videtur esse præstantior sua patria propria, quam alia, ut in l. *moveor* 4. C. *si servus export.* quia reipublicæ nostræ nascimur l. 1. §. *ea quæ*, D. *de ventr. in posses. mittend.* et impius est qui propriam patriam negligit, l. unica, ubi Joan. de Plat. C. *si curial. relicta civit. rus habit. voluer.* lib. 11. et in l. *clarissimis* 15. C. *de dignitat.* lib. 12.

LEY II.—Quantas maneras son de naturaleza.

Diez maneras (1) pusieron los Sabios antiguos, de naturaleza. La primera, e la mejor (2) es, la que han los omes a su Señor natural (a): porque tambien ellos, como aquellos de cuyo linaje descenden, nascieron, e fueron raygados, e son, en la tierra onde es el Señor. La segunda es, la que auiene por vasallaje (3) (b). La tercera, por criança (4). La cuarta, por caualleria (5). La quinta, por casamiento (6). La sexta, por heredamiento (7). La setena, por sacarlo de captiuo (8), o por librarlo de muerte (9), o deshonra. La octava, por aforramiento (10) (c) de que non rescibe precio (11) el que lo aforra. La nouena, por tornarlo Christiano (12). La dezena, por morança de diez años (13), que faga en la tierra, maguer sea natural de otra (14) (d).

(a) (b) No solamente se hallan abolidos los señoríos por las disposiciones legales que hemos citado en la nota á la L. 32, título 6, P. 1, sino que están prohibidos los dictados de vasallo y vasallaje, sin que nadie pueda titularse señor de vasallos.

(b) Respecto á esclavitud véase nuestra nota 2.<sup>a</sup> á la L. 3, título 11, P. 1.

(d) Véase nuestra nota al proemio de este título.

LEX II.—Naturalitas est decuplex. Prima, et potior, erga dominum naturalem. Secunda, ob vasallagium. Tertia, ob nutritionem. Quarta, ob militiam. Quinta, ob matrimonium. Sexta, ob hæreditatis successione. Septima, ob redemptionem à morte, vel à captivitate. Octava, ob manumissionem sine pretio. Nona, ob conversionem ad Fidem Catholicam. Decima, ob incolatum per decennium. Hoc dicit.

(1) *Diez maneras*. Ortum habet ista lex á l. 1. in princ. D. *ad municipal.* et á l. *cives* 7. C. *de incolis*, lib. 10. ubi ponuntur quinque modi de quibus hic.

(2) *E la mejor*. Vide l. 1. tit. 20. 2. Part. et quæ ibi dixi.

(3) *Vasallaje*. De hoc vide in tit. prox. seq. et quod habetur in cap. *imperiale*, §. 1. *de prohib. feud. alien. per Freder.* et in cap. *cæterum* 5. *de judic.* et in l. 11. tit. 26. infra ead. Part.

(4) *Por criança*. Et sic naturalis alicujus patriæ dicitur, qui est nutritus in aliqua patria, etiamsi ibi non fuerit natus, adde l. 1. tit. 20. 2. Part. et quæ ibi dixi.

(5) *Caualleria*. Adde l. *municeps* 25. §. *milos*, D. *ad municipal.* et Gloss. in dicta l. *cives*, et in l. *heres absens*, §. *proinde*, in gloss.

T. III.

magna, D. *de judic.* et de milite cœlesti, clerico scilicet, an sortiantur forum in loco ubi habet beneficium, vide per Gloss. et signanter per Feli. in cap. *dilectus* et 2. *de rescript.*

(6) *Por casamiento*. Adde l. fin. §. *item rescripserunt* 3. D. *ad municipal.* et Gloss. in dicta l. *cives* 7. et l. *si in patria* 3. C. eod. et non intelligas, quod ex solo contractu matrimonii maritus consequitur naturalitatem, seu incolatum Regni de quo est uxor; debet namque ultra contractum construere domicilium, ut habetur in dicta l. *si in patria*, ubi Odofre. dicit: Pone; ego Bononiæ uxorem per mensem accepi, et ibi domicilium acquisivi, et ibi moram traxi causa, et animo habitandi ibidem; dicitur, quod ex tunc teneor ibi munera suscipere, et honores ratione domicilii.

(7) *Por heredamiento*. Adde l. 2. C. *ubi senat. vel claris.* et l. *cives* 7. cum Gloss. C. *de incolis*, lib. 10. Gloss. in dicto cap. *dilectus* et 2. *de rescript.* et intellige, si ibi habet majorèm partem fortunarum suarum, et adde l. in *lege censoria* 205. D. *de verb. signif.*

(8) *De captiuo*. Nota benè: quia non mimini ita expressum vidisse istum modum naturalitatis; facit tamen ad hoc l. 2. C. *de postlimin.* ibi: *Naturalis pignoris vinculum*: non tamen ex hoc crederem sortiri redemptum ab hostibus originem, vel domicilium redemptoris, nisi fortè durante vinculo pignoris cum est apud emptorem, et in dicta l. 2. et l. *liber captus* 17. et l. fin. C. *de postlimin.* cum nullo jure hoc caveatur.

(9) *Libraro de muerte*. Non recolo me alibi hunc modum naturalitatis legisse: facit l. *etiam* 15. §. 1. D. *de manum. vind.* et quod notat Angel. in l. *si unquam*, C. *de revoc. donat.* neque per hoc crederem, sic liberatum sortiri originem, neque domicilium liberantis, cum nullo jure caveatur.

(10) *Por aforramiento*. Adde l. *assumptio* 6. §. fin. cum l. sequenti D. *ad munic.* et l. *cives* 7. C. *de incolis*, lib. 10. et ibi Gloss. et in l. 2. et ibi etiam Gloss. et Joan. de Plat. C. *de municp. et origin.* eod. libro, et l. *ejus* 27. et l. *de jure* 37. §. *libertos*, et ibi Bart. D. *ad municipal.*

(11) *Non rescibe precio*. Nota benè: quia non ita benè reperies declaratum in legibus juris communis: vide supra tit. 22. l. 9.

(12) *Christiano*. Nam generatio naturalis, et regeneratio spiritalis æquipollent, ut in cap. *debitum* 4. *de baptis.* et istum modum naturalitatis ponit etiam Lucas de Penna in dicta l. *cives*. Bart. tamen in l. 1. D. *ad munic.* vers. 3. *quæro utrum baptizatus*, tenet, quod per baptismum, solum quoad temporalia, non contrahitur civilitas, cum certi sunt modi, per quos contrahatur, ut in dicta l. *cives*, et dict. l. 1. inter quos dicit ipse, quod non est iste: sed cum per istam legem iste modus reperitur expressus cessat dictum Bart. Sed an propter hoc possit conveniri coram iudice loci, in quo fuit baptizatus? Videtur, quod non, per text. in l. 32. tit. 2. 5. Part. ubi non excipitur iste casus, neque aliqui alii de quibus hic: cogita.

(13) *Por morança de diez años*. Adde l. 32. tit. 2. 5. Part. et quæ ibi dixi.

(14) *Maguer sea natural de otra*. Adde etiam, quod ex privilegio potest quis consequi jus naturalitatis Regni, ut habetur in dicta l. *cives* 7. C. *de incol.* in verbo *allectio*, et ibi Gloss. et Joan. de Plat. et Lucas de Penna: et tales sunt veri cives, ut ibi habetur, et probatur in l. 1. D. *ad municp.* et notat Bald. in l. pen. §. *quæ in filio*. C. *de adoption.* et in l. *in orbe* 17. D. *de statu. homin.* Bart. in l. *si is qui pro emptore*, col. 15. D. *de usacup.* Sed an ex simplici concessione naturalitatis alienigena posset habere beneficia in Regno? Crederem, quod non, nisi hoc sibi concederetur, ut probatur in l. 19. tit. 3. lib. 1. *Ordin. Regal.* et tenere videtur Bald. in dicta l. *in orbe*, dum dicit: Istum tamen adoptivum non admittam ad honores, ad quos non consuevere admitti nisi cives naturalis: quia consuetudo restringit privilegium, et nota benè. Adverte tamen, quod licet hic ponatur iste modus cohabitationis per decennium pro naturalitate; non tamen talis dicitur naturalis, seu oriundus ex Regno, prout requirunt leges Regni, ut possit habere beneficia Regni, cum aliud sit, esse civem naturalem Regni, aliud incolam, ut in dicta l. *cives*, et etiam hic patet, et in l. *assumptio* 6. in princ. D. *ad municp.* et quæ notat Bart. in l. *provincialis*, D. *de verb. sign.* prævalet enim causa naturalis accidentalis, l. *qui habet* 3. in princ. D. *de tutel.* adde Gloss. in cap. *cum nullus*, in verbo *oriundus, de tempor. ordin.* lib. 6. Sed an si naturalis Regni causa mercantiarum se transferat in aliud Regnum, ibique maritus, et uxor remaneant per decennium, vel ultra, ibique procreent filios, an tales filii dicantur naturales Regni, si non constet de animo transfereadi domicilium, imò adhuc retine-